

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Georgius Dei gratia princeps in Anhalt, &c. coadiutor in spiritualibus
ecclesiae Mersburgensis, ac praepositus Magdeburgensis, &c.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Georgius Dei gratia Princeps in Anhalt, &c. coadiutor in spiritualibus ecclesiæ Mersburgensis, ac Præpositus Magdeburgensis, &c.

Egregio uiro D. Iohanni Spangebergio, pastori ac superintendenti Northusianæ Ecclesiæ, amico nostro perquam dilecto.

Gratia à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo. Grata nobis fuerunt lucubrationes tue in aliquot pijs conciones à te editæ, ac nobis missæ, doctissime Spangenbergi. Sed non sine animi commotione literas tuas, quibus de quibusdam, qui sui gregis homines seducerent, continebatur, legimus. Neque enim nos talibus exemplis scandali plenis, leuiter angimur, cum passim miseris animis, precioso Christi sanguine expiatis & redemptis, per impiorum perniciosos ac temerarios conatus imponi, ac denuò eas pessundari cernimus. Vanam nos quoque ab isto grauissimo malo possemus esse securi & immunes: ac non inter nostros etiã interdum huiusmodi exëpla, sed egerrimè ferre cogere

H 4 nurr.

mur. Atqui si politicus ordo hac parte suum officium diligentius aliquando recordaretur, certo sumus persuasi, etiam ex animo optarem, nec adeo usq; cursus uerbi Dei impediretur. Nos, Christi saluatoris benedictione, de hac re deliberabimus, an aliqua ratio possit iniri, qua uerus Dei cultus in illo Comatu institui, ac tales feces exipari queant. Rogabimusq; caelestem Patrem, ut is ad pia nostra consilia pro salute Ecclesiae suam gratiam largiatur. Interim cupimus nostra instituta omnia pijs tuis precibus candidè commendata esse. Bene uale, dilecte Spangenbergi. Datae Mersburgi, die Iouis post Epiphaniæ .7 Ianuarij, 1546.

Idem eidem,

Grattiam & pacem à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, Amen. Literas humanitatis tuae, quibus & de incuria typographi, & de tactu rata tua cominebatur, intelleximus: nec leuiter de isto tuo malo, tangimur. Existimamus autem non incommodam esse rationem subleuandi damni si ad suspectam illam cautionem de usitatione Mariæ, tua manu le flores tantum admoneretur, quod illa te nescio à typographo sit inserta: ideo liberū illis de lectione istius hymni iudicium relinqui Sic enim fore speramus, ut quod residuum est exemplarium, facilius extrudatur. Quod ad nos attinet, possumus ferre ut uiginti exemplaria per occasionem